



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXI. Respublica. Civitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

quæ fit ad hominem (ut Aristoteles loquitur.) hoc modo: Vici jam satis, quia, quod intendisti, probare nequivisti. Ejusdem tenoris sunt & ea, quæ scribit idem ad cap. 1. extr. de Except. dum inquit: Exceptionem illam, quod actor etiam in alia Ecclesia præbendam possideat, non possunt opponere illi, qui ipsi varia beneficia in diversis Ecclesiis obtinent. De istis solutionibus, quæ ex tempore & ad hominem fiunt, ferè dici potest id, quod de nomenclatoribus & Poëtis Senec. l. 1. de benef. cap. 3. dum refert: Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit; ita Poëtæ non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quoque vocari jubent, quod belle facit adversum. Vide & Quintil. lib. 1. cap. 8. quapropter garrulos eludere responsionibus, prudentia est, cap. in mandatis 12. in fin. dist. 43.

V.

Responsio ut certa dari possit, quæstio debet esse certa & finita, cap. de muliere 6. extr. de sponsal. aliàs cum responsio est obscura, & ad plura potest referri, non dicitur plenum responsum, cap. cum olim 24. extr. de V. S. quod & in testibus considerandum esse, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore verisimilia, vel utrum unum eundemque præmeditatum sermonem attulerint, colligitur ex cap. si testes. S. in testib. 4. q. 2.

VI.

Respondere positionibus si reus iussus recuset, vel si contumaciter recedat, habetur pro confesso, cap. si post 2. de confess. in 6.

VII.

Respondere qui vult, non debet in alterius potestate esse, sed libertatem habere, c. accedens 10. extr. de procur.

II X.

Jci sunt excusandi, si secundum ea, quæ ipsis proponuntur, respondent. Sic enim ipsi sua responsa tuerentur, secuti Scavolam, qui sæpillimè hæc clausulâ responsa sua munivit, veluti in l. ex parte 39. §. 1. ibi: secundum ea, quæ proponerentur. fam. berc. lult. de pign. act. l. Titius 25. §. 1. de liber. & post l. Lucius 88. §. Dame 12. §. ult. de leg. 2. l. prædia 27. in fin. pr. de instr. legat. l. Titia 2. §. 2. in fin. de aur. & arg. leg. l. Lucius 78. §. 1. ad Sc. Trebell. l. pater 17. in pr. de doli mali except. vid. supr. lit. F. cap. Factum.

CAP. LXI.

Respublica. Civitas.

Axioma I.

Respublica nunquam interit arg. l. proponatur 77. de judic. latè Ant. Faber in mt. dub. ad l. 21. quib. mod. ususfr. vel usus amitt.

II.

Nihil repudiandum est, quod Reipublicæ deservire potest, Ulp. in l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ff. ad Sc. Syll. Oldendorp. ch. 1. act. 3. p. 22.

III.

Respublica ex mutua justè imperantium & parentium obligatione constat, Petr. Greg. Tholof. lib. 4. de Republ. cap. 5. Alchuf. polit. cap. 9. n. 3. Schönborn. 4. polit. cap. 4. Reinck. 1. de reg. sec. c. 1. n. 10.

IV.

Respublica jure minorum utitur, etiam in solutione debita pecuniæ, Brunner. ad l. 2. C. de præd. decur.

V.

Respublica Romanorum & fiscus idem sunt, l. non est ambigendum 12. ubi gloss. de bonor. possess.

CAP. LXII.
Restitutio.

Axioma I.

Quoties quis tenetur ad rei restitutionem, cuius usus permixtus ipsi non erat, toties omnia restituere tenetur, quæ occasione rei percepit, quia accessoria sequuntur suum principale arg. §. 26. Instit. de R. D. Exempla sunt in male fidei possessore l. 117. ff. de R. Vind. depositario l. 1. §. 24. ff. de pos. creditore l. 14. ff. de condict. indeb. mandatario l. 10. §. 2. ff. Mand. tutore l. 1. pr. §. 1. seqq. ff. de tutel. & tut. distr.

CAP. LXIII.

Restitutio in integrum.
Conf. Cap. Metus. Dolus. Minor.
Ratihabitio.

Axioma I.

Restitutio illud reddit, quod abstulit læsio, l. 1. l. quod si minor 24. §. restitutio 4. ff. de minor. Bart. in l. si quidem. n. 1. C. de præd. min. Laurent. Tennin. de Rodolph. in tract. cautel. 260. num. 7. Ex quo vulgata illa practica nata, quod restitutio in integrum non concedatur non læso, per doctrinam Bart. & Bald. Castrenf. & aliorum in l. nam & postea. §. si minor. ff. de jurejur. Milis in repert. verb. Restitutio in integrum. Mauric. in tr. de restit. in integr. cap. 54. Lancellot. Conrad. in l. unie. limit. 8. num. 42. Rota Romana decis. 87. de restitut. in integr. & decis. 384. de appellat. in nov. Capell. Tholof. decis. 389. Francisc. Marcus decis. 56. & decis. 516. num. 4. p. 1. Boër. decis. Bardgalens. 75. num. 6. Cachetian. decis. Pedemont. 159. Decius in l. fin. not. 2. C. de transact. ubi ait, quod minori non detur restitutio simpliciter, sed ita demum, si sit læsus, & de læsione ipsa constet, adde & Panorm. consil. 77. vol. 2. Alex. consil. 55. num. 18. vol. 5. Natt. consil. 343. vol. 2. Berous consil. 68. num. 81. vol. 1. Decius consil. 389. num. 10. Curtius jun. consil. 6. num. 20. Paris consil. 33. n. 36. vol. 1. & consil. 61. num. 44. vol. 3. Decianus consil. 16. n. 241. vol. 1. & consil. 39. num. 149. vol. 2. neque restitutio porrigitur, nisi ad id, quod in judicio est deductum, l. fin. ff. de condict. indeb. Ita cessat restitutio, ubi læsio non potest probari, l. 11. §. 3. ff. de minor.

(X) 2

Limi-